

ne, vel viri docti auctoritate licere, etiam contrarium fit tutius.

5. Scrupulus deponendus est auctoritate viri docti, vel ratione probabili.

DISPVTVNCVLA

interiacens.

RESOLUTIONES VARIE.

DVELLVM.

Quid sit, & an aliquando liceat?

- D**uellum dicitur quasi durum bellum; est autem pugna duorum ex condicto. ^a
1. Non potest à Principe concedi, & acceptantes, & contentinum, & nec non consulentes, & spectatores.
2. Duellum licet & duci iniuste oppugnato, qui alioquin victoriam desperat, & militibus exercitus ex utraque parte, ne hostes alioquin audaciores fiant. Item si præcipiat superior, ob bonum commune. Item ei, qui alioquin est occidendus.
3. Excommunicatio contra exercentes duellum si hoc sit privatum, non est lata sed ferenda. ^d
4. Vir equestris ad duellum provocatus non vindictæ desiderio, sed ut quis consulat honori suo, non potest illud acceptare, licet timiditatis notam apud alios incurrat; sed consultus faceret si diceret: utilis mihi & honorificentius est redemptoris mei parere consiliis, quam iniquis mundi legibus; & contra quemcumque, qui me impetierit, paratus sum me defendere. sic honori & vitæ corporis, & animæ sufficienter consulat. ^e
- ^a Comm. DD. ^b Sess. 35. c. 19. ^c Vide S5 hoc verb. ^d Vide Tridenc. ubi supra. ^e Contrarium dicitur Alexander VII. in decretis an. 1665. 24. septembr. vide Quia tenadren. in eiq. sing.

DISPVTV. I. SECT. VNICA.

RESOLUTIONES VARIE.

E

E B R I E T A S.



- E**x peccatum ^a est mortale, quando quis causam dat, ut mentem omnino amittat, & hoc scienter. ^d D. Tho. 2. 2. q. 150. art. 2.
2. Cum quis discernit inter bonum, & malum, etiam si genia habent, non amittit omnino rationem. Si vero faciat, quæ non consueverat, jurat, blasphematur, &c. vel post concoctum vinum non recordatur, quæ fecit in ebrietate, signum est mentem penitus amississe. ^b Comm. DD.
3. Qui medicorum consilio propter sanitatem acquirendam usque ad ebrietatem bibit, vel ad evitandam mortem non peccat, & quando non suppetit aliud remedium.
4. Qui scienter alium inebriat, vel procurat ut inebrietur, peccat mortaliter. Qui autem alium ad bibendum invitatur, illum exponens ebrietatis periculo non excusatur ab eodem peccato.
5. Licet & autem ad grave malum impediendum alium inebriare, vel ad se liberandum & manibus iatronum, ad tuendam propriam, vel alienam vitam. ^c Lef. lib. 4. c. 1. dub. 3. num. 1. ^d Comm. DD.
6. In semibris est imperfectio libertatis iudicii sufficientis ad veniale, non tamen ad mortale. ^f Comm. DD.
7. Qui ignorans qualitatem portus, vel iudicans illam quantitatem licet nimiam insufficientem esse ad ebrietatem se inebriavit, non peccat mortaliter, nisi ea quantitas, & qualitas talis sit, ut ea aliis soleret inebriari. ^g Comm. DD. ^h Tolet. de pecc. mort. c. 61.
8. Matrimonium, & alii contractus ab ebris celebrati invalidi sunt. ⁱ Valent. 10. ad sp. 99. 1. p. 1. l. 52. verb. ebrietas. Vide Cast. lib. 1. de leg. p. 20. c. 14.
9. Peccatum mortale ab ebris factum, si ebrietas voluntaria fuit, & ante eam pravissimum peccatum, ei quia voluntarium, imputatur. ^j
10. Dormiens, aut ebrius, qui antea potuit providere & cavere, & non egit, si occidat, vel aliud damnum inferat, tenetur ^k

tur restituere. An autem sit irregularis, alii ajunt, alii negant.

DISPUTATIO II.

SECTIO VNICA.

ECCLESIA IN
Commun.

a Tolet.
lib. 1. c. 18.
num. 7.

1. Ecclesia nomen non venit a monasterium, nisi in causa favorabili, in qua venit etiam hospitale erectum Episcopi auctoritate.

b q. 6. Eccl.
de consecr.
Eccl.

2. Ecclesia dicitur polluta sex casibus. 1. Quando in ea effunditur in juriōse sanguis humanus, b vel datur causa naturalis talis effusionis, aut mortis. Secus si extra Ecclesiam etiam de super in tecto vel super speluncam. Non sufficit aliquarum guttarum sanguinis emissio, vel percussio, quæ non fit mortifera sine sanguinis effusione. Violatur etiam feminis effusione, neutra autem effusio Ecclesiam violat nisi sit publica.

d Idem
ibidem.

3. Non violat effusio sanguinis ob justam defensionem, vel a jurolo facta. Violat si percussio fiat in Ecclesia, & effusio sanguinis extra illam. E contrario non violat percussio facta extra Ecclesiam, etiam si intra illam fiat effusio. Sufficit aliquem suffocare, vel aliter a occidere etiam sine sanguinis effusione. Idem de de sanguinis effusione propter fidem.

f Vide eundem
Navar. c. 27.
num. 177.

4. Si ream mittatur a ab existente in Ecclesia, & extra illam fiat percussio, non violatur, secus verò si mittatur ab existente extra Ecclesiam, & intra fiat percussio.

g Sã hoc
verb. nu.
31.

5. Secundus casus est per voluntarium humani seminis effusionem sine viri, sive femina, sive juxta cursum naturalem, sive contra naturam, imò per copulam conjugalem, habita autem in somnis non violat, nec conjugalis copula, si diu ibi conjuges habitare cogantur, vel coeant ad vitandam incontinentiam; secus erit peccatum mortale, & polluetur Ecclesia si manifestè fiat.

6. Non violatur Ecclesia percussione non mortifera etiam si magna sit sanguinis effusio.

l 7 Oratorium,

7. Oratorium, vel quicumque alius locus qui non sit consecratus, vel benedictus non polluitur. b

8. Tertius casus est, quando in Ecclesia sepelitur excommunicatus. Quartus quando sepelitur infidelis. Quintus quando Ecclesia consecratur ab Episcopo publice excommunicato. Sextus quando Ecclesia renovatur, ut major pars fuerit destructa.

9. Polluta Ecclesia cæmeterium consecratur pollutum, non verò è contrario.

10. Qui celebrat in Ecclesia polluta peccat mortaliter, nullam tamè censuram incurrit, m & Ecclesia eo ipso reconciliatur.

11. Reconciliata Ecclesia consecratur non fit nisi ab Episcopo, & aqua benedicta à se vel ab alio Episcopo. Si Ecclesia tantum erat benedicta potest reconciliari à Presbytero aqua ab ipso benedicta. Quando in Ecclesia infidelis sepultus fuit, radendi parietes sunt, aliàs non.

12. Ecclesia diruta materia ut serviat in profanos usus Papæ licentiam esse necessariam alii dicunt, alii probabilius Episcopi sufficere.

13. Licet p in necessitate comedere, & dormire, & supellectilem servare in Ecclesia; hæc autem absque necessitate facere erit peccatum veniale.

14. Non licet q in Ecclesia negotari, judicari, aut secularis conventiones facere nisi pietatis causa; licet autem facras representationes facere, vel gradum doctoratus dare.

15. Ecclesia ex æconomus in temporalibus non potest esse laicus.

16. Ecclesiam rem posse obligari à rectore pro sua, vel illius necessitate, tenerique successorem multi dicunt probabiliter. Et pro dabitur Ecclesie solvendis de Ecclesia non sunt alienari prohibita, dummodo debita serventur solemnitates.

17. Ad repARATIONEM Ecclesie non tenentur laici.

18. Privilegia omnia concessa reipublicæ, Ecclesie concessa censentur. n

19. Contra libertatem Ecclesiasticam facit, qui x facit contra concessa universali Ecclesie, non verò qui contra concessa particulari.

20. Polluitur y Ecclesia si in utero matris defuncta, & sepulta moriatur infans.

21. Si pauci sicut Ecclesie pollutionem & non divulgant, non indiget reconciliatione. Et siquis bona fide in ea celebret manet reconciliata. An verò si magna fide alii ajunt, alii negant; probabilius videtur sententia affirmativa. Re-

conciliata

h Suar. tom.
3, dig. 87.
sec. 4. col.
8.
i o. confa.
lullii de
cong.
Eccl.

l c. unic.
de consecr.
Eccl.

m Suar.
ubi supra
n Vide
Sã hoc
verb. n.
10.

o Vide Sã
ubi supra.
p Comm.
DD.

q Sã ubi
sup. n. 4.

r Archid.
in c. de
vero iuris
de iudicis

s Trid.
sess. 15. c.
11.

t Ex gloss.
c. quatuor
12. q. 2.

u Comm.
DD.

x Navar.
c. 27. n. 119
y Suar. tom.
3, disp. 87.
sec. 4.

- Authent** Reconciliat^o Ecclesia censetur reconciliatum cæmeterium.
hoc jus 22. Ecclesia prædia alienari prohibita, vendi possunt ad
porre- solvenda debita, si fructus non sufficiant.
ctum cap. 23. Ecclesia primum lapidem jacere cum exremonii
de 13, sa- confuetis potest simplex sacerdos ex commissione Episcopi.
erof. Becl.

SECTIO II.

ECCLESIAE IMMUNITAS qua sit: & qua loca gaudeant illa?

- a Extr. 1,** 1. Ecclesia immunitas a eis ejus privilegium, & libertas
parag. 1, non est de jure naturali b, nec divino, sed utrique juri
incendia- valde consentanea.
rios de 2. In hac materia tenentur & judices potius jus canonicum,
privil. quam civile servare.
& Suar. ro. 3. Quælibet Ecclesia. in qua divina celebrantur officia,
1, de re- etiam si non sit consecrata: vel sit interdicta, aut polluta, &
lig. tr. 1, cum non diruitur superioris auctoritate, & reparatio ejus
s. 9, speratur, hac gaudet d immunitate.
s Comm. 4. Gaudet e etiam Xenodochia erecta Episcopi auctoritate.
DD. 5. De jure communi Ecclesia matrix per 40 passus in circui-
d. o. Eccle- tu, & alia Ecclesia per triginta gaudent immunitate; sed
sia de im- jam hoc confuetudine derogat^o est, & solius gaudet cæmete-
mu. Eccl. rium Ecclesie signatum ab Episcopo, & tectum Ecclesie.
& Suar. ubi supra.
supra. 6. Gaudet g immunitate, qui valvas, portas, & postica
f. c. quil- Ecclesie manu tenet, vel est in ejus atrio, etiam si extrahatur
quis 17, ex vestibus, quæ extra fluant.
q. 4. 7. Eadem gaudet immunitate, h qui aufugit ad sacerdotem
1 Covar. manibus Eucharistiam ferentem, vel celebrantem, nisi cele-
2, var. c. bret in carcere, vel reo in claustrum ministrat Sacramentum.
10, d. 18, 8. Gaudet etiã sacella, & oratoria erecta Episcopi auctori-
h Idem tate, si sint publica, non vero particularia, quæ domi habentur.
sup. n. 6, 9. Gaudet i monasteria religiosorum quoad atrium, &
s Comm. hortum, & omnia, quæ sub eorum clausura continentur, nec
DD. non eorum prædia. m
1 Auth. de 10. Cardinalium palatia, nec non Episcoporum, si sint
monast. edificata intra 40 passus ab Ecclesia.
coli, nec 11. Delinquens, qui refugiat ad palatium Regis non potest
quidem extrahi sine Regis licentia. Eodem privilegio gaudent in
18, q. 1, Hispania legati Regii, & in regno Navarra nobilium do-
m Eman. mus.
Rodr. ro. 12. Delinquens, qui refugiat ad palatium Regis non potest
2, qq. reg. extrahi sine Regis licentia. Eodem privilegio gaudent in
q. 70, tit. 1 Hispania legati Regii, & in regno Navarra nobilium do-
n. Covar. mus.
ubi supra
num. 7,

12. Peccat p mortaliter, qui facit contra immunitatem
 Ecclesie reo aufugienti alium violentiam, eum extrahendo, vel ei dare alimenta prohibendo.
 13. Si iudex promissit, vel juravit non castigaturum in corpore reum, tenetur adimplere, & peccabit mortaliter non adimplendo. q.

SECTIO III.

Quæ persona hac immunitate gaudeant, & quæ non gaudeant.

1. Omnibus delinquentibus valet a Ecclesia; & probabilius b est etiam valere Iudeis, Paganis, & hæreticis, non tamen in hæresis crimine. Nec non detentio in carcere, qui cum fregit, item & qui ut exiret, fecit ita redeundi juramentum.
 2. Personis Ecclesiasticis & scholaribus, quorum causas cognoscunt judices Ecclesiastici non valere, usu d receptum est.
 3. Valet servo e fugienti a Domino; huic tamen reddendus est si præstet cautionem, vel juramentum eum non puniendi. Si verò Dominus nimis servus sit ei non restituendus, sed a iudice ut illum vendat, cogatur. f
 4. Non gaudet g fures publici, nec simplices alii latrones, nec nocturnus segetum, fructuum, vel agrorum vastator. Nec qui occidit, vel mutilat in loco sacro etiam sine ipe immunitatis. Nec qui insidiosè occidit, vel percutit animo occidendi.
 5. An qui exivit ab Ecclesia ad delictum patrandum gaudeat immunitate, alii ajunt, alii negant; affirmativa h videtur probabilior.
 6. Non gaudet i qui existens extra Ecclesiam existentem intra Ecclesiam occidit, vel e contra existens in Ecclesia existentem extra Ecclesiam occidit. Nec qui Ecclesiam incendit, januas infringit, vel aliud damnum infert.
 7. Non facit l contra immunitatem, qui in Ecclesia aufert delinquentis arma prohibita.
 8. Gaudet m clerici occisori, vel percussori, quamvis ab aliis contrarium probetur.
 9. Non gaudet n patricia, nec filicia, nec qui alium interfecit DD.

- a Robad.** Polil. lib. 2, c. 14, § 1.
Comm. DD, § Comm. DD,
b Inter alia de imm. Eccle. & L. 4, tit. 11, p. 1.
c Silvæ. verb. imm. m. § 2, n. 4.
d Covar. ubi sup. n. 11, d Comm. DD.
e L. 3, tit. 11, p. 1.
f Parag. fin. de lib. qui.
g c. Fin. de imm. Eccl.
h Vide Villal. to. 1, tr. 19, dist. 7.
i Navar. o. 12, n. 1, d Comm. DD.
m Navar. o. 12, n. 9, § Comm. DD.
n Covar. ubi supra num. 7.

fecit veneno, nec hæreticus, nec blasphemus, nec incendiarus, nec assassinus, aut læsæ majestatis crimen committens.

• Vide
Villal.
Emanu.
Roder. to.
5. qq. reg.
q. 10.
p. 54 verb.
Ecol. im-
mu. Na-
var. c. 14,
na. 19.
• Suar.
lib. 3. de
relig. tr. 1.
c. 11. n. 1.
• Comm.
DD.

10. Gregorius XIV. in motu proprio expedito anno 1591. jubet, quod nullus secularis iudex extrahat ab Ecclesia delinquentem sine licentia Episcopi, vel Vicarii, & quod custodiatur in carcere Episcopali, donec iudex Ecclesiasticus cognoscat, an gaudeat immunitate, vel non.

11. Si delinquens comprehensus à iudice seculari ducatur per Ecclesiam, an gaudeat immunitate dubium est; affirmativa videtur probabilior.

12. Non licet q. iudici in Ecclesia ligare delinquentem, vel ei compedes iniicere.

13. Clericus etiam in minoribus constitutus non potest extrahi à iudice seculari.

14. Falliti an gaudeant dubium est; sed jam usu receptum eos gaudere.

SECTIO IV.

*QVALE PECCATVM COMITTAT, QVI
extrahit delinquentem ab Ecclesia, &
quam pœnam habeat?*

• Comm.
DD.
• c. inter
alia de
immun.
Ecol.
• c. id. ita
suetus
17. q. 4.
• Comm.
DD.
• Suar.
ubi sup.
nu. 7.

1. Cum certum est delinquentem immunitate non gaudere nullum peccatum est eum extrahere ab Ecclesia. Idem dicitur quando rogatus sponte exiit etiam invitus clericis, vel Rector Ecclesie ob iustam causam iudici datæ facultatem; iusta autem erit causa, si iudex cautionem præstet eum corporaliter non placenti.

2. Iudex qui violenter extrahit delinquentem ac Ecclesia in casu, in quo gaudet immunitate, gravè sacrilegium committit, teneturque restituere Ecclesie delinquentem, huicque damna.

3. Non incurrit et ipso facto excommunicatione, sed incurrit alias pœnas in foro exteriori.

DISP.

DISPVTATIVNCVLA

interiacens.

RESOLVTIONES VARIAE,

SECT. VNICA.

ELECTIO.

1. Qui eligit indignum, etiam si ex electione multa peccata exoriantur, unum tantum peccatum committit. • Navar.
c. 11. nu. 4.

2. Moniales, & monachi nullum Ordinem habentes, si faciant prohibita tempore interdicti, licet non incurran irregularitatem, amittunt tamen jus electionis activæ, & passivæ. Idem dicitur de religiosis, qui postquam habitum dimiserunt, coguntur ad religionem redire. • Idem
c. 17. an.
187.

3. Ignorantia non facit validam electionem ejus, qui alias est incapax. • Comm.
DD.

4. Eligere non potest nec excommunicatus, nec suspensus ab officio, nec irregularis, nec impubes. • Idem
5. vel.
verb. ele-
ctio 1. nu.
5.

5. Eligi non potest nec excommunicatus, nec suspensus, nec interdictus, nec ineptus. • Sà hoc
verb. an. 3.
f. Comm.
DD.

6. Non vocari ad electionem cum deberent, possunt se eam irritare, vel ratam habere; quod si vocati non veniunt termino competenti non sunt expectandi. • Sà hoc
verb. nu. 5.
f. Comm.
DD.

7. Electio facta ex consensu eligentium in conscientia valet, etiam si non adsint juris solemnitates. nisi lex expresse dicat non valere. Si vero dicat quod ipso jure irrita sit expectanda est sententia iudicis. • Comm.
DD.
f. Comm.
DD.

8. Eligens indignum tenetur à Ecclesia læsæ. f. Vid.
Covar.
reg. pecc.
num. p. 1.
par. 7.
nu. 11.

9. Peccat qui non eligit vel præferat aptiorem, non tamen tenetur restituere eligens aptum. Confirmator non peccat confirmans aptum, imò tenetur hunc confirmare si à maiore parte fuit electus relicto aptiore.

10. Si tuum suffragium non est profuturum digniori, potes ac debes eligere dignum, ne indignus eligatur. Non potest eligi indignus ne indignior eligatur, ex duobus vero dignis licet tibi quem malueris eligere. • Vide
Sà hoc
verb. nu.
9.
• Idem
ubi sup.
nu. 9.

11. Si iuramentum prælitteris te digniorem esse electuram, & sit dignus, dignior, & dignissimus, potes ac debes digniori suffragium dare, nisi certus sis alioquin dignum esse victurum.

Electio. Eleemosyna.

12. Qui de collegio eligentium est, si eligatur ab aliis, potest numerum deficientem suo suffragio supplere etiam ad summum Pontificatum. Si vero solus sit, etiam si jus totius collegii in eum renunciatur, non potest se ipsum eligere.

13. Elector legitime absens potestmittere Procuratorem, qui sit de collegio, non tamen potest mittere suffragium per litteras.

14. Electus q tenetur admittere sub peccato mortali, si precipiatur ei a superiore sub mortali, vel sequatur damnum notabile.

15. Licitum r est statutum quo eligantur homines ex tali genere. Si vero illi sunt indigni, possunt eligi alii, secus erit iniquum.

16 In eligendis ad curam animarum considerari debent vitæ probitas, scientia & prudentia in rebus agendis.

17. Eligere dignum relicto digniore ex se peccatum e mortale est; erit autem veniale ex inadvertentia, vel materia levitate.

18. Olim Episcopi electio fiebat à Canonis, hodie presentatur à Regibus, vel à Principibus, & confirmatur à Papa.

DISPUT. III. SECT. VNICA.

ELEMOSYNA

ELEMOSYNA QUID SIT,
& quotuplex.

1. **I**N Hebræo vocatur a Sedech, id est iustitia, quia prodest multum ad hominem iustificandum, & est idem, quod misericordia.

2. Eleemosyna multis donis spiritalibus abundat, & ut habetur Luca 4. Ab omni peccato, & morte liberat, b & non patitur animas in tenebris ire.

3. Non est velut sacramentum, ut ipsa gratiam causet in peccatore d, meretur tamen eam de congruo, & ut plurimum eleemosynarum largitores salvantur.

4. Eleemosyna d est quidquid fit, aut datur ad sollevandum hominis indigentiam spiritualem, vel corporalem.

5. Est

5. Est actuseimperatus à charitate, & secundum alios elicitus à misericordia, & secundum alios non nisi ab ipsa charitate.

6. Misericordiae opera sunt septem spiritalia, & septem corporalia: spiritalia ex natura sua nobiliora sunt.

• D: Tho. ubi supr.

SECTIO II.

AN SIT PRÆCEPTUM
elargiendi eleemosynam?

1. **E**X tribus bonis potest fieri, ex necessariis ad sustentandam naturam, ex necessariis ad statum, & ex superfluis.

2. Est præceptum a naturale ac divinum eleemosynas facienda.

3. In necessitate extrema tenetur b omnes dare eleemosynam ex bonis superfluis, & nemo ex necessariis ad naturam.

4. Non est in extrema necessitate, qui dicit nisi des mihi eleemosynam, me occidam; esse autem in extrema necessitate a putos, qui est in periculo vitam vel aliquid membrum amittendi.

5. In aliis ordinatis necessitatibus nemo tenetur dare ex his, quibus opus habet ad conservationem sui status; scilicet vero in extremis, sed non tenetur e restituere qui extreme agenti succurrat.

6. Divites possunt f cogi à iudicibus ad subveniendum extreme indigentibus, & in posant coram iudicibus clamare ad versus avatos.

7. Extreme indigentes possunt g aliena capere, nec tenentur restituere, nec alii, ut eis succurrant, si sua non habeant.

8. An vero debitor, qui quod debet consumpsit in necessitate extrema restituere, alii ajunt, alii negant; utraque est probabilis, affirmativa videtur b probabilior, negativa est benignior.

9. In necessitatibus communibus tenentur divites dare eleemosynam ex superfluis, sed non semper accipitur. Quod si in moderatis eleemosynas faciant, ut solent alii divites, obligationi satisfaciunt. Et sic videntur concordari contrarias opiniones, quæ videri possunt in Villalob.

• Comm. DD.

• Comm. DD.

• Vide Sil.

• Vide Sil.

• Vide D. Thom. 22.

• Vide D. Thom. 22.

• Vide D. Thom. 22.

• Vide D. Thom. 22.

• Vide D. Thom. 22.

• Vide D. Thom. 22.

• Vide D. Thom. 22.

• Vide D. Thom. 22.

• Vide D. Thom. 22.

• Vide D. Thom. 22.

• Vide D. Thom. 22.

• Vide D. Thom. 22.

• Vide D. Thom. 22.

• Vide D. Thom. 22.

• Vide D. Thom. 22.

• Vide D. Thom. 22.

• Vide D. Thom. 22.

• Vide D. Thom. 22.

• Vide D. Thom. 22.

• Deuter. c. 15.

• Comm. DD.

• Azor. 2, p. lib. 12.

• Comm. DD.

• Comm. DD.

• Comm. DD.

• Comm. DD.

• Cajet. 2, 2, q. 118, art. 1, & 4.

• Comm. DD.

• Azor. 2, p. lib. 12, c. 8, q. 7.

l Comm.
DD
m Comm.
DD.
n D. Tho.
1. 2. q. 7.
art. 1.
Azor.
p lib. 11.
c. 5.
p ac pri-
vilegio
Sixti IV.
refer. in
comp.
verb. ele-
mofyna
parag. 8.
& 9.
q Comm.
DD.

214

Eleemofyna.

10. Duobus aequè indigentibus, qui uni tantum potest succurrere, potest, ſeu maluerit.

11. Cum adſunt multi divites ſcientes proximi indigentiam omnes tenentur in ſolidum; quod ſi unus erogat, alii liberantur. Ne mo autem ex eis tenetur querere pauperes, quibus ſubveniat.

12. Ex dictis colligitur o ad vocatum, medicum, herbipolim, & ſimiles ſcientes extremam neceſſitatem, vel quaſi extremam pauperis infirmi, teneri eis succurrere.

13. Prohibentes eleemofynam dare religioſis medicantibus ipſo facto p̄ excommunicantur, & incurrunt alias penas.

14. Qui tenetur eleemofynam dare, non q̄ ſatisfacit dando mutuam abſolute pauperi, ſecus ſi ſit ex accidente.

15. Pauperi infirmo nemotenerit exquiſita, & magni pretii medicamenta erogare, nec longè abſentis extremè neceſſitati, quam audivit, ire ut ſubveniat, ſufficit præſentibus ſubvenire.

SECTIO III.

Quis poſſit Eleemofynam facere: & de obligatione Eccleſiaſticorum eam faciendi.

a Comm.
DD.
& Vido
Villal. to.
1. r. 22.
di. 4.
e Comm.
DD.

1. Solus ille, qui donare potest, eleemofynam facere potest.

2. Filius b̄ familias non niſi ex bonis caſtrenſibus, vel quaſi caſtrenſibus, ex aliis vero non niſi ex patris conſenſu. Nec ſervus niſi ex eo quod ex ſua portione ſibi reſervat tacitè conſentiente Domino. Nec religioſus niſi ex voluntate prælati ſaltem præſumptè.

3. Nec uxor e niſi ex tacito mariti conſenſu, qui præſumetur in extrema, vel quaſi extrema neceſſitate, & in illis eleemofynis, quas uxores aliarum ſui ſtatùs facere ſolent ſecundùm terræ conſuetudinem.

d Azor.
ubi ſupra
verſ. ſqz.
e 2.
& Vido
Villal. tr.
to. 10. 2.
di. 8.

4. Qui rerum alienarum adminiſtrationem habent in utilitatem illorum, ad quos pertinent, & poſſunt eleemofynas facere moderatas, & Prælati religioſi debent in hoc ſtare religionis conſuetudini.

5. Eccleſiaſtici habent e tria bona: patrimonialia, quæ à parentibus acceperunt: quaſi patrimonialia, quæ concionando, confeſſiones audiendo, vel cantando, vel aliter acquirunt propria

Eleemofyna.

215 f Vide
Navar. da
reddit.
Ecl.
g Vide
Villal.
ubi ſupra.
& D. Tho.
2. 2. q. 8.
art. 7.
h Molla.
de juſt. to.
2. diſp. 1. 1.
i Idem
ubi ſup.
l Leſius
lib. 1. c. 6. 4.
dub. 6. &
eſt comm.
DD.
m Idem
ubi ſup.
num. 6.
n Comm.
DD.
o Alexand.
VII. in de-
cret. anno
1665. 18.
p Martil.
pitem an.
1665. 24.
q Septem-
ber
Azor. 2.
c. 12. q. 5.

propria induſtria. Alia tandem ſunt merè Eccleſiaſtica, quæ habent rationem beneficii Eccleſiaſtici.

6. An clerici ſint veri Domini bonorum, quæ poſſident ratione beneficii Eccleſiaſtici, dubium eſt inter DD. Probabilis videtur veros eſſe dominos.

7. De bonis patrimonialibus, b̄ vel quaſi patrimonialibus non habent clerici majorem quàm laici obligationem faciendi eleemofynam, & idem eſt de hijs quæ auferuntur i de ſua congrua ſuſtentatione ex bonis Eccleſiaſticis.

8. Peccat i mortaliter Episcopos, & clericos beneficiarios, qui non conſumunt in pia ſpera ea, quæ illi deſumptè congrua ſuſtentatione ſuperſunt, non tamen ad reſtitutionem tenentur m̄ ſecundum probabiliorum opinionem.

9. Equites Ordinum militarium poſſunt ſua bona inſumere, juxta ſuas conſtitutiones, nec habent n̄ eandem obligationem quam clerici.

10. Reſtitutio fructuum ob omiſſionem horarum ſuppleri non poſteſt per quaſcunque ſed certas & æquivalentes eleemofynas, quas antea beneficiarius de fructibus ſui beneficii fecerit o eaque reſtitutio debetur in conſcientia ante judicis ſententiam declaratoriam p̄.

SECTIO IV.

De quibus bonis facienda eleemofyna, & quis ordo in illis faciendis obſervandus?

1. Eleemofyna debet fieri ex propriis non ex alienis, vel communibus bonis, niſi in extrema neceſſitate, in qua qui habet propria, non poſteſt a alienis.

2. Qui bona contra legem acquirunt, ſi habet illorum Dominum, & meretrix de acquisitione in peccato, & ſur qui ſurato inſtrumento pecuniam lucratur, b̄ poſſunt de hijs erogare pauperibus.

3. Qui habet bona contra leges prohibentes translationem domini, non poſteſt e de hijs eleemofynas facere, niſi extreme indigentibus.

4. Si Petrus patrem, & ſilium ſuum videat extreme indigentes prius debet e patrem alere, quàm proprium ſuum.

5. Major obligatio eſt tamen extreme indigentibus, quàm deſunctis ſubvenire. Poſteſt vixis utriſque auxilium dare, li DD.

6. An liceat eleemofynas locare, vel conducere alii ajunt, lii negant; affirmativa ſententia videtur probabilior.

O 4

SECTIO ad ſu.

SECTIO V.

*De eo qui se fingens pauperem vel reli-
giosum elemofynas petit.*

- 1.** **H**ujusmodi peccat mortaliter, & tenetur restituere cum præcipue propter paupertatem vel religionem elemofyna ei facta fuit. Restitutio autem pauperibus facienda est, nisi eam dominus antea petierit.
- 2.** Non defuit *b* viri docti, qui asserant in prædicto casu non teneri pauperem ad restitutionem, & est probabilis sententia.
- 3.** De eo qui fingit sanctitatem, idem dic quod de eo qui finxit paupertatem.
- 4.** Subvenire teneris *e* alioquin ob inopiam peccaturo, si commode potes.

DISPVT. IV. SECT. VNIC.

EMPHYTEVSIS.

EMPHYTEVSIS QUID SIT, ET
de huius contractus conditionibus.

- 1.** **E**st *a* contractus, quo res immobilis conceditur quoad utile dominium alteri cum obligatione solvendi pensionem statutis temporibus domino proprietatis.
- 2.** De jure communi prima conditio est, ut constituatur in re immobili, & fructifera.
- 3.** Secunda quod dominum directum maneat in primo domino cum possessione civili, *b* utile vero in emphyteutam transferatur.
- 4.** Emphyteuta tenetur solvere quotannis pensionem, quam si non solvat intra assignatum tempus *c*, consolidatur damnnum utile cum directo. Si autem alia poena apposta sit, eliget *d* dominus, quam maluerit.
- 5.** Si res percat sine culpa emphyteute, non tenetur solvere pen-
sionem.

- pensionem, Si verò non tota, sed pars tantum perierit, totam pensionem nihilominus solvit.
- 6.** Si emphyteuta rem reddat, notabiliter deterioreme latâ culpâ vel dolo tenetur commisso, id est re ipsa privabitur, & secundum alios sufficit culpa levis non vero levissima.
- 7.** Non potest emphyteuta jus, quod in rem habet vendere, nisi prius rei dominum admoneat; secus incidit in commillum.
- 8.** Potest *b* tamen rem donare, sed antequam tradat, debet monere dominum, ut donationem ratam habeat; potest enim ratam non habere, si idoneus non sit donatarius.
- 9.** Non potest locare rem per decem annos, vel ultra, nisi sit consuetudo.
- 10.** Cum venditur, debet *e* tempore laudemium, id est quinquagesimam partem pretii, vel secundum alios trigessimam directo domino solvere. Idem dic in quavis alia alienatione de rem accipiente.
- 11.** Non debetur *m* hoc laudemium, cum res accipitur ab hærede, vel à filia in dotem, vel rescinditur contractus.
- 12.** Cum res datur in emphyteusim alieui, ut transcat ad filios & nepotes, hic hæreditatem isti re pudient jus amittitur.
- 13.** Emphyteusis Ecclesie non præsumitur *e* data nisi in tertiam generationem, nec transit nisi in filios veros, quale non est monasterium, nec in illegitimos. Alie autem emphyteusis datæ pro filiis transeunt etiam in naturales.
- 14.** Prædium Ecclesie dari non potest in perpetuum emphyteusim.

DISPVT. V. SECT. I.

RESOLUTIONES VARIE.

EMPTIO.

QVID SIT EMPTIO, ET AN NEGOTIATIO EMPTIONIS, & VENDITIONIS LICITA SINT?

- 1.** **E**st *a* contractus, qui consensu perficitur mercis pro pretio, & à permutatione originem habuit.
- 2.** Consensu perficitur, sed si agitur de scriptura faciendâ non

non perfitur sine illa; fieri potest inter absentes.

3. Ut hic contractus sit perfectus, pretium certum assignandum est, & statim ac perfitur debetur & vestigal, sed si sub conditione fiat non debetur, nisi hæc adimpleatur.

4. Cum datur arrha, vel pignus, si retrocedat dator pignoris illud amittit; si vero qui accepit, restituet & acceptum emp. & duplum id est bis tantum.

5. Si autem pignus datum fuit, ut pars pretij neuter potest retrocedere alio invito.

6. Dominium transfertur f. cum pretium rei solvitur, vel fidejussio, vel pignus à venditore acceptatur.

7. Emptio, & venditio fiunt g. tripliciter. Nam vel emis res, quæ indiget, & vendis superflua; vel emis rem ut tuâ industria meliorem reddas; vel emis ab uno, ut alii vendas, quæ propriè dicitur negotiatio. Hæc tria sunt licita, & indifferencia.

8. Negotiatio est periculosa b. non tamen illicita, nisi si ab ob. malum finem, vel vendantur prohibita, vel tempore, vel loco prohibito.

9. Non licet i. Christianis arma vendere infidelibus, nec tutori res sui pupilli.

10. Non licet emere à servis, l. & ancillis, nec à personis de furto suspectis.

11. Non licet m. emere, nec vendere excommunicatis

eccl.æ.
l. l. i. tit.
22. lib. 6.
nov. re-
cop.
Comm.
DD.

SECTIO II.

An negotiatio liceat clericis, vel Religiosis.

1. Non licet, imò est sub gravibus penis prohibita, a. quod intelligendum est de clericis sacris initiatis, vel beneficiis habentibus.

2. Negotiari non dicitur, b. qui semel, aut bis rem emit, & vendidit; sed qui hoc sæpè facit.

3. Rem emere, & arte facere meliorem, & vendere non licet clericis & prohibetur.

4. Nec clericis, nec religiosis restituere d. tenentur, quæ negotiatioe acquirunt, nec prohibentur per alium negotiari, licet hoc illorum statum non sit deens.

5. Prohibetur etiam esse conducere ad lucrandum. Si autem clericus aliunde non habet unde alatur nisi ex negotiatioe, & potest negotiari.

a. Sub ex-
com. sed
non laic
sententia
c. 1. ne cle-
rico.
b. Comm.
DD.
c. Comm.
DD.
d. Silvest.
verb.
clericis, nu.
3. q. 3.
e. Mol. to.
2. disp. 142

SECTIO

SECTIO III.

Si facta emptione res pereat, cui pereat: & quale sit rerum iustum pretium?

1. Post traditionem perit emptori. Idem die cum venditio est perfecta, nisi pereat culpa venditoris, vel ipse fuerit in mora, nec statuto a. tempore tradiderit.

2. Si venditor rem venditam non assignavit, ipsi perit, & variatio pretij spectat b. ad emptorem.

3. Si res est consumptibilis, & post venditionem mensuratur, & perit emptori.

4. Fructus rei vendite post perfectam venditionem sunt d. emptoris, ante illam sunt venditoris.

5. Qui vaccam, vel ancillam prægnantem vendit etiam si nihil de fructu dicat, fructus pertinet ad emptorem. Idem dic si vitulus aut infans jam sint nati, sed nondum ablati.

6. Ad investigandum iustum pretium rerum illarum utilitas & est inspicienda.

7. Quando à republica constitutum est pretium f. præsumitur iustum, & ultra illud non licet res vendere; nisi cum sit manifestè iniustum, & iudex nollet illud mutare.

8. Cum à republica nullum assignatum est pretium g. sumatur à communi hominum æstimatione iustum pretium, quod aliud est rigorosum, aliud medium, aliud infimum.

9. Non b. crescit rei pretium ex æstimatione venditoris, nec ex pretio, quo empta fuit, quando à iudice constitutum est.

10. Cum res venditur sub hæta, tantum i. valet quantum vendi potest. Idè dic l. de redditibus venditis voce præconis.

11. An res extraordinariæ quibus à republica pretium non est taxatum tantum valeant quantum vendi possunt, alii a. iunt, alii negant: m. tutius est peritos d. rei valore consulere; si autem emptor sciens rem emptam tantum non valere, & tamen ex affectu ad illam non curet de pretio, venditor poterit pretium etiam excessivum retinere.

12. Qui vendit rem ad quam assensus est, potest n. idè o. pluris vendere.

13. Qui daret meretrici aliàs nolenti pretium excessivum pro corpore, videtur donare, & illa non tenetur restituere.

a. Mol. to.
1. disp.
366.
b. l. 14.
tit. 5. p. 1.
c. l. quod
sæpe, pa-
rag. in
his ff. de
constr. l.
emp.
d. Comm.
DD.
e. Comm.
DD.
f. Comm.
DD.
g. c. 1. do
emp. &
vend.
l. prela. ff.
ad l. Fal-
cid.
h. Vide
l. in casu
17. parag.
idem.
Pompo-
nias, si de
minor.
i. dicta h.
pretia
l. Comm.
DD.
m. Nav. rri
in sum. c.
21. nu. 28.
n. Leil. nu.
17. lib. 1.
cap. 119.
o. Comm.
DD.

SECTIO

SECTIO IV.

AN LICEAT CARIUS VENDERE,
vel vilis emere in aliquibus casibus?

- 1.** Absolutè loquendo non licet, etiam si dolus aut fraus non sit.
- 2.** Si emptor infimo pretio rem emit, & venditor cum fraude rem illi tradit in supremo, hic peccat & mortaliter, & tenetur restituere si quantitas notabilis sit.
- 3.** Qui ultra pretium rigorosum vendit, vel emit infra infimum, restituere tenetur in foro interiori, etiam si non sit ultra diem iusti pretii.
- 4.** Quando pretium supremum taxatum est, non licet decedere, etiam si plus valeat secundum communem estimationem.
- 5.** Quamvis iudices permittant, quòd vendatur triticum ultra taxam, non sunt tamen conscientia venditores, nisi hoc fiat cum regia facultate.
- 6.** Cum variantur circumstantiæ, & leges debent variari, secus enim erunt injustæ, & desinent obligare.
- 7.** Cum assignatur pretium alicujus rei, de rebus sanis intelligendum est.
- 8.** Portantes triticum ex aliis regnis in Hispaniam, possunt illud vendere in quantum invenerint ex quadam lege.
- 9.** Cum pretium lege taxatum est, ut in censibus, mercenariis, & cæteris, non licet mutare pretium, & talem legem non solum saculares, & cives, sed clerici, & alienigenæ tenentur observare.
- 10.** Si res vendita minus valet, quàm lege taxatum est, id minus accipiendum est.
- 11.** Pretium rei augetur ex variis circumstantiis. Primò, merces apud mercatorem magis valet, quàm apud alios. Secundo ex multitudine ementium. Tertio ratione temporis & loci. Quarto ex modo vendendi, ut cum venditur lub halta. Quinto si vendat in favorem ementis sine necessitate venditoris. Sexto quando emptio fit propter solam commoditatem venditoris minuitur pretium. Septimò quando minutam venditur, & per partes modicas carius venditur quam cum

Comm. DD.

Comm. DD.

Vide Villal. l. 1, tr. 21, dist. 6
Comm. DD.

Villalob. ubi sup.

Comm. DD.

Comm. DD.
h. l. 1, sect. 27, lib. 1, recap.

Comm. DD.

Comm. DD.

Vide Mol. de iust. l. 10, dist. 315.

edem totum simul. Oportet crescere pretium ex estimatione venditoris quam de re habet, vel ex eo quod ei valde sit utilis, quod debet emptori declarare. Prædicta omnia intelligenda sunt, quando à republica pretium non est assignatum.

12. Non crescit pretium ex eo quòd mercator carius emerit, vel magnos sumptus fecerit in re emptâ.

13. Ignorantia, & bona fides venditoris excusant eum à peccato; sed non ab obligatione restituendi excessum iusti pretii, quando errorem cognoverit.

14. Cum ignorantia pretii fuit tam in vendente, quàm in emente, & inter se conveniret de pretio, neuter tenetur restituere, etiam si postea appareat deceptionem fuisse ultra dimidium iusti, si res non extet, nec ex illa factus sit dicitur.

Comm. DD.

D. Tho. 2, 2, q. 77, art. 1, in corpore.

SECTIO V.

AN POSSIT VENDI CARIUS
pecunià expectatâ, quàm numeratâ.

- 1.** Si fiat ultra iustum pretium, est usura palliata, nisi sit lucrum cessans, vel damnium emergens, vel in acceptatione faciendâ sint expensæ.
- 2.** Qui vendit & merces tempore quo minus valet, ut accipiat pretium tempore, quo magis valet, peccat, & restituere tenetur, nisi servaturus esset illas usque ad tale tempus.
- 3.** Qui vendit triticum pretio currenti cum pacto, ut tali tempore ei fiat solutio vel in tritico, vel in pecuniâ prout ipse elegerit, peccat & tenetur restituere, quod ultra pretium tritici tempore venditionis lucratus fuerit.
- 4.** Cum carius venditur propter lucrum cessans, vel damnium emergens admonendus est emptor.
- 5.** Licetum est venditori conventionem facere, quod si ei solutio non fiat ad tale tempus, solvantur damna emergentia, & lucra cessantia.
- 6.** Licet carius vendere pecuniâ expectatâ, quàm numeratâ, quando in solutione periculum certum est, & de hoc admonendus emptor.
- 7.** Qui servaturus erat merces ad tale tempus, potest vendere pretio temporis currenti, sed extracto aliquo de pretio arbitrio boni viri pro cura servandâ, pro periculo non vendendi & similibus.

Comm. DD.

Comm. DD.

Comm. DD.
c. navl. gaudite uturis.

Comm. DD.

Comm. DD.

Molin. ubi sup.

Comm. DD.
c. navl. gaudite uturis.

*i Rebel. de
iust. 2. p. lib.
9. q. 4. o.
14.*

*i Comm.
DD.*

8. Merces, quæ propter abundantiam communiter venduntur spectatâ pecuniâ; possunt carius vendi quam numeratâ; quia plus valent licet propter abundantiam non sit, qui numerata pecunia emat.
9. Non possunt i merces vilius vendi anticipata pecuniâ, quam valituræ sunt traditionis tempore, nisi alia causa iustificetur.

SECTIO VI.

*An liceat emere minori pretio debita
alicuius.*

*o Mol.
contra*

Navar. de

*iust. to. 2.
disp. 161.*

*i Comm.
DD.*

*i Comm.
DD.*

d Less. de

*iust. lib. 2.
o. 21. dub.
5.*

*e Molina
ubi sup.
disp. 113.*

1. **P**si debitoris non licet nisi ratione damni emergentis, vel lucri cessantis.
2. Cùm debitum sine expensis, vel periculo solvendum est, non potest *b* emi minore pretio propter solam anticipatam solutionem, secus si fuerit periculum vellabor; & hoc constat vendenti.
3. Idem dicendum est de debitis non solutis tempore assignato, & jam transactio.
4. Regiæ schedulæ, quarum pretium vix dimidium solvitur, possunt *d* emi minore pretio, ab eo qui habet favorem ad totum recipiendum, vel saltem majorem partem.
5. Hoc autem non possunt *e* facere Regiæ ministri, nec aliquid accipere ab eo, cui prius, & citius solvant.

SECTIO VII.

*QUOMODO TRITICI TAXA
erit servanda.*

o Mol. de

*iust. to. 2.
disp. 164.*

*i Comm.
DD.*

1. **T**axato tritico eo ipso taxatur *a* farina extractis expensis.
2. Non licet *b* triticum vendere secundum taxam addendo aliquod gravamen pretio estimabile.
3. Cùm in aliquo loco non est taxa posita alienigenis, possunt

sunt *e* triticum vendere secundum communem estimationem.

4. Agricola secundum novam pragmaticam non tenetur vendere triticum collectum ex suis prædiis secundum taxam.

5. Qui emit triticum secundum pretium leucarum, secundum idem potest *e* vendere.

6. Quamvis triticum vendatur sub hasta, non potest *f* excedere taxam.

*e Comm.
DD.*

*d Vide VIII.
tr. 21. dist.
9. tom. 2.*

*e Idem
ubi suprà
f Comm.
DD.*

SECTIO VIII.

*In quantum vendendus sit panis
coctus.*

1. **V**alor tritici attendi debet cum lucro *a* moderato ob laborem, & expensas ad conficiendum panem. Ita statuit nova pragmatica Hispaniæ.

2. Clerici, nobiles, & divites peccant *b* mortaliter vendentes panem coctum, quia faciunt contra leges iustas. In hoc autem Peruvano regno non sunt usu receptæ tales leges, & ideo nec nobilibus, nec divitibus prohibetur est panem vendere.

3. Cùm taxæ sunt diversæ, *e* unusquisque debet vendere *e* secundum illam, quæ ad eum spectat.

4. Qui dat *d* triticum panificæ, ut coquat & vendat, potest ferre aliquid supra taxam, si vendidit illi triticum; si vero non vendidit, sed per eam ut per tertiam personam ipse vult panem facere, soluto labore panificæ, poterit lucrum sibi retinere.

5. Cùm panis coctus non est taxa imposita, potest *e* vendi pretio communi.

6. Pauper etiam in regno Hispaniæ potest *f* aliquando panem coquere, & vendere etiam si non habeat ex officio.

7. An liceat tempore magnæ sterilitatis taxam excedere, alii negant, alii probabilius affirmant. Tempore autem ordinariæ necessitatis non est excedendum à taxa.

8. Non licet triticum emere vilius, ut carius vendatur, huiusmodi enim negotiatio lege communi, *g* & particulari *h* Hispaniæ prohibetur, & qui sic negotiatur tenetur restituere damna arbitrio boni viri,

*a Pragmatica
His.
paniæ an.
15. 8.*

*b Gutier.
lib. 2. pan.
ois. nu. 9*

*c Comm.
DD.*

*d Villal.
ubi suprà.*

*e Comm.
DD.*

*f Comm.
DD.*

*g e. qui-
cumque
14. q. 4.
& l. 2. pa-
rag. cum
in eadem
ff. ad l.*

*h Comm.
DD.*

*i Comm.
DD.*

*j Comm.
DD.*

*k Comm.
DD.*

*l Comm.
DD.*

*m Comm.
DD.*

*n Comm.
DD.*

*o Comm.
DD.*

*p Comm.
DD.*

*q Comm.
DD.*

*r Comm.
DD.*

SECT. Rod.

SECTIO IX.

AN VENDITOR TENEA TUR
aperire defectum rei venditæ?

1. Quando dolus dat causam contractui non valet, secus autem si se habeat incidenter.
2. Quando res venditur ut sana & non est sana, non valet contractus, nisi sit in parva quantitate.
3. Quamvis venditor nimis laudet merces, vel taceat leuem defectum, non id est irritus contractus. Idem dic quando vitium licet magnum est manifestum.
4. Cum emptor interrogat defectum, & venditor negat mentiendo, non valet contractus, nisi in d. casu, in quo etiam cum tali defectu rem esset empturus, & ratione illius minus non valeat.
5. Herbipolar, qui ponunt quid pro quo, si unum non sit æquè utile ac pretiosum sicut aliud peccant, & restituere tenentur.
6. Cum venditor ignorans rei defectum, rem ut bonam vendidit cum de errore admonetur, tenetur restituere quod ultra justum pretium accepit, vel rescindere contractum, si emptor sciens defectum eam non esset empturus.
7. Cum emptor scit rei pretium, & à venditore ignoratur, pretium tenetur augere.
8. In regno ubi gemma parvi æstimantur emi possunt b. pretio ibi currenti.
9. Qui rei scit secretam virtutem, potest illam emere pretio communi.
10. Cum mercator, qui tibi debet non habet unde solvat, & hoc est aliis secretum, tu autem scis, non potes t. debitam vendere nisi aperiis secretum.

¶ Comm. DD.

¶ D. Tho. 2, 2, q. 77. art. 2.

¶ Comm. DD.

¶ Moll. de iust. to. 2, disp. 363.

¶ Comm. DD.

¶ Comm. DD.

¶ Comm. DD.

¶ Comm. DD.

¶ Comm. DD.

¶ Les. ubi suprad. § 90. nu. 81

SECTIO X.

AN VENDITOR SCIENS BREVI AD-
venturam magnam copiam mercium possit
vendere pretio tunc currenti.

1. Affirmativa a sententia videtur probabilior, licet contrariam teneant viri docti.
2. Idem b. dicendum cum merces actualiter jam sunt in eo loco, dummodo hoc perpauci sciant. Idem dic. proportiona- liter de emptore.

¶ D. Tho. 2, 2, q. 169.

art. 2.

¶ Molin. disp. 174.

to. 2.

SECTIO XI.

AN LICEAT NEGOTIATORI MULTAS
merces simul emere ut paulatim vendat.

1. Licet a in rebus, quas necessaræ non sunt ad victum, sed inventæ ad delicias, secus in necessariis, quas illicitum b. est congerere, ut carius vendantur; si verò non ideo augeat pretium, sed communi vendat, non erit illicitum.

¶ Comm. DD.

¶ Comm. DD.

SECTIO XII.

An liceat vendere ea, quibus emptor
abutitur.

1. Nunc facere, nec vendere licet id quod nulli bono usui utile est; secus verò si ad bonum vel malum indifferens a. est. Quare licet vendere chartas pictas, aleas, fucos, arma & similia.
2. Peccat, qui b. vendit rem indifferentem, ei quem credat

¶ D. Tho. 2, 2, q. 169.

art. 2.

verifimiliter illi esse abfurum, nisi vendat obligatus rationali causa damni notabilis vitando, aut lucri acquirendi, vel alibi rem illam facile reperitur sit emptor.

Comm.
DD.

3. Qui locat domum meretrici non peccat, pra-vo animo.

SECTIO XIII.

AN CONSPIRATIONES, SEV MONOPOLIA, quae faciunt mercatores sint licita; & an liceat vendere cum pacto retro vendendi, vel retro emendi.

41. r. d. de
monopol.
l. 1, tit. 7.

p. 5.

Comm.
DD.

Comm.
DD.

4 Villal. v.
bi sup.

4 Idem ubi
supra.

f Comm.
DD.

Comm.
DD.

Comm.
DD.

Comm.
DD.

Comm.
DD.

Comm.
DD.

Comm.
DD.

Comm.
DD.

Comm.
DD.

Comm.
DD.

Comm.
DD.

Comm.
DD.

Comm.
DD.

1. Monopolia sunt illicita, & jure prohibita, nec possunt fieri sine Regia autoritate.

2. Faeta cum auctoritate publica non sunt licita, & dicunturque Hispanice *Llancos*.

3. Cum mercatores inter se conveniunt de non vendendo, nisi tali pretio, fit monopolium, & tenentur restituere damnum nisi pretium fuerit justum.

4. Qui rogat amicos ne pretium ponant rei, quae venditur sub hasta, si ipse emat pretio iusto quamvis infimo, non peccat, nec tenetur restituere.

5. Qui impedit ne merces in urbem afferantur ut suas carius vendat, si faciat rogando sine fraude, & dolo ad nil tenetur.

6. Alius est modus faciendi monopolium cum unus vel duo emunt, sive abscondunt multas merces ut carius vendant; si autem vendant pretio iusto licet rigoroso, non tenentur restituere.

7. Quod de venditoribus dictum est, de emptoribus etiam proportionaliter intelligendum est.

8. Vendere cum pacto retro vendendi, vel retro emendi licet, & non est usura; debet tamen minus pretium rei propter hoc gravamen, nec ponenda est conditio, ut damnum, vel utilitas rei ad venditorem spectet, quia haec ex sua natura pertinet ad emptorem.

9. Si rei emptor eam alteri vendat contra pactum, an emptor possit illam repetere, vel solum habeat actionem contra pacti frauctorem dubium est inter DD. utrumque est probabile, hoc secundum videtur & probabilius.

10. Pactum

10. Pactum hoc potest esse in grave damnatum emptoris, ut si quis vendat vineam post vindemiam & velit repetere alteri vindemiam proximam, in hoc casu est injustum, nisi pretio compensetur.

Comm.
DD.

11. De pacto retro emendi idem dicendum est proportionaliter, sed advertendum, quod si res sit immobilis, & fructifera contra hunc ille erit usurarius, quia est mutuum palliatum cum certo lucro.

Comm.
DD.

SECTIO XIV.

AN LICEAT VENDERE ET EMERE MOATRAS id est baratas.

1. Non est illicitum emere pretio rigoroso, & vendere statim infimo etiam venditori, admodum ipse non vendat eo animo, vel pacto ut iterum emat, vel vendat ultra justum pretium, & emat minori, quam iusto.

Comm.
DD.

2. Contractus ille usurae obnoxius est, & ideo caute, & sine scandalo faciendus est.

SECTIO XV.

AN LICEAT PROXENETIS ALIQUID SIBI RESERVARE DE PRETIO MERCUM, VEL ILLAS EMERE.

1. Non licet, si habeant stipendium assignatum, nisi de expressa voluntate dominorum.

Comm.
DD.

2. Non possunt emere sibi merces nec per se, nec per interpositam personam etiam in pretio assignato a domino cum inventiunt, qui plures emat.

3. Si tamen sibi emant majore pretio quod invenire possunt non peccant, nec tenentur restituere, nec faciunt contra legem.

SECTIO XVI.

VARIAE RESOLUTIONES CIRCA
emptionem & venditionem.

¶ P. Acofia
in manu-
script.
6 Concil.
Lim.
const. 17.
¶ P. Ioseph
Acofia, u-
bi supra.

1. Clericus qui sine scandalo negotiatur per interpositam personam non peccat à mortaliter, licet talis negotiatio etiam prohibita à sit illis in concilio Limensi.

2. Auditores, & alii Regii ministri nec per se nec per interpositam personam possunt negotiari; prohibitum enim est illis regia ordinatione. Nihilominus non videntur peccare mortaliter secus facientes, nisi sit scandalum, vel ob hoc muneris non satisfaciunt. Quod non potest procedere in Prætoribus Indorum, qui iurant se non negotiaturos, & moraliter loquendo non possunt sine scandalo, & magno Indorum damno negotiationi incumbere, nec muneris, nec conscientie satisfaciunt Indis vendendo vinum, quod illis idem est, quod venenum.

3. Ministri Regii, Prætores, & alii, qui Regis vel Indorum pecuniâ negotiantur non tenentur restituere, quæ acquirunt.

4. Emere aurum, mancipia, & alia pretiosa pro rebus utilibus, quæ magni estimantur apud Indos, & Æthiopes non est illicitum, eodem modo servetur in permutatione servata ad pedes illos consuetudo, & aliqua proportio inter rem datam, & acceptam.

5. Qui vendens res frequenter accipit aliquid parum ultra taxam à iudice positam peccat mortaliter, & tenetur restituere.

6. Si mutato rei valore non mutatur taxa ob bonum commune adhuc obligat, secus si ob bonum particulare nolit iudex eam mutare, vel sciente, & non contradicente legislatore communitate non obsequitur.

7. Tabernarius ut supra diximus, qui aliquid parum frequenter aufert à taxa, peccat mortaliter, & tenetur restituere, nisi cum taxa ita clarè sit injusta, ut ei servata nihil lucratur, tunc poterit damnum compensare vina miscendo, vel aliquid à taxa auferendo.

8. Idem dicendum proportionaliter de panificis.

9. Qui à præfectis lodinarum in villa Huancavelica emit argentum vivum 30 aureis, & postea vendunt illud Regi 50

¶ Sylvest.
verb. De-
positum,
n. 10.
¶ P. Acofia,
ubi supra.

¶ Comm.
DD.
Casus om-
nes huius
sectionis
desumpti
sunt ex
manu-
scripto
doctissimi
P. Iosephi
de Acofia
Societatis
IESV ho-
jus Perua-
næ Pro-
vinclæ
Provin-
cialis.

Si illud emant infra justum pretium, nec fiat vera traditio illius ad emptorem peccant, & restituere tenentur, quia de his que non sunt, non fit vera emptio, sed palliata usuram autem esset vera emptio etiam peccant, & tenerentur restituere, quia est infra justum pretium. Idem dicit de vino, & coca antequam colligantur.

10. Cum Rex, vel ejus factores differunt solutionem argenti vivi jam extracti, possunt fodinarum præfecti illud vendere ad subvendendum propriè necessitati, & alii emere pretio infimo iusto ibi recepto, & postea tradere Regi pro pretio taxato, & licet sibi retinere totum illud excelsum.

11. Potus qui in Peruano regno dicitur Sora prohibitus est vendi sub pena excommunicationis.

12. Non licet Indis, ac Æthiopicibus vendere magnam vini, vel alterius potus quantitatem, cum probabiliter præsumitur inebriandos fore.

13. Licet in hoc regno Peruano el peso insayado habeat duodecim reales y medio ex constitutione Præregis Domini Francisci à Toledo, nihilominus massæ argenteæ id est las barras possunt emi, ac vendi pretio currèri, non servato hoc valore, quia ad hoc non habent rationem pecuniæ, sed mercium.

14. Latitudo inter infimum pretium, moderatum, & rigorosum non debet esse magna, ad summum sufficit unus in decem nummis, quod amplius est à malo est.

15. Non licet Prætoribus Indorum in hoc Peruano regno massas argenteas emere, id est barras de plata nummis argenteis, quos ad solutionem taxarum eis Indi tradunt, & lucrum quod hac emptione acquirere solent, Indis restituendum declaravit regius Lima Senatus. Si tamen hoc faciant dicti Prætores sine fraude, & dolo contententibus Indis, non videtur illicitum, nec ad restitutionem obligantur.

16. Cum non inventiuntur, qui numeratâ pecuniâ emant pretium sumendum ex his qui emunt expectatâ pecuniâ, etiâ si majus sit quam esset ex numerata. Cum vero alii emunt ex numerata, alii ex expectatâ, tutius est ficere pretium ut sit ex numerata, licet probabile sit non esse injustum majus pretium quando hic vendendi modus est communis.

17. Non licet ex eo solum quod solutionis tempus sit longius, augere pretium, vel committere inutilis merces.

18. Cum res sunt unius speciei, & que ut plurimum vendi possunt numeratâ pecuniâ, ut vinum, coca, argentum vivum, & tabacum, & similia, non licet eas vendere majori pretio expectatâ, quam numeratâ pecuniâ.

19. Non licet emere vinum, & cocam ut fit in hoc regno minori pretio, quam tales res valuerunt tempore traditionis. Si autem venditor roget emptorem, & hic ut illi favoreat, emat, hoc iustum minuit pretium; unde non erit illicitum minori pretio emere nisi sit immoderatus excessus.

20. Licitum est Regi reservare suis ministris aliquarum rerum venditionem ob commune Reipublice bonum.

21. Qui impedit res, que venduntur sub hasta, alii emant, & ipse emit minori quam infimo rei pretio, peccat, & tenetur restituere.

22. Licite potest Rex inventoribus rerum privilegium concedere, ut ipsi soli eas vendant. In aliis autem ad vitam hominum necessariis non licet.

23. Peccat, qui vendit rem ipso jure amissam propter hæresim, vel crimen læsæ majestatis non admonito emptore, nisi ita occultum esset crimen ut nunquam esset detegendum.

24. Emi, & vendi possunt merces futuræ, & res nondum nate, immò spes earum.

25. Minuere pretium licet etiam si per accidens damnum aliorum vendentium sequatur, dummodo fiat propriæ utilitati consulendi, & non verò damnum inferendi intentione.

26. Emptio, & venditio puerorum Chilonorum, que vulgo dicitur ala ulana, injusta est quia sola cupiditate vilis pretii parentes, & patrum ducti, non ob bonum venditi, illius vendunt libertatem Hispanis, & hic emunt ut eos servos efficiant, quod personale servitium à doctissimis viris Menacho, & Sorliano ut injustum reprobatum est.

27. Argenti massa, vulgo dicitur pinna, anticipato pretio vilis emere quam traditionis tempore valet, factum non reprobo, faciendum non consulo.

28. Illicitum est mutuantem aliquid ultra fortem exigere, si se obliget ad non repetendam fortem usque ad certum tempus.

* Vide P.
Sa verb.
emptio
num. 4.
§ in decret.
Alexand.
VII. an.
166. 6. 18.
Mag.

DISPUT. VI. SECT. I.

RESOLUTIONES VARIE.

EPISCOPVS.

4 D Tho. I. Episcopatum accipere potest quis cogi à Papa; sed hæc potestatis uti jam raro contingit.

2. Qui

2. Qui ante Episcopatum votum fecit ingrediendo religionem, non tenetur illud adimplere secundum probabiliorum.

3. Episcopus post Bullam cœnæ non potest absolvere ab hæresi occulta.

4. Episcopus potest à compellere suos subditos ad discedam doctrinam Christianam, & Parochos ad docendam.

5. Non potest Episcopus juri patronatus derogare si autem stipendia minuatur, potest Capellaniam Missas ad minorem numerum reducere.

6. Episcopus per duos menses, & ad summum per tres in uno anno potest cum causa iusta à sua dicere cessare. Si autem absit sine causa iusta, peccat mortaliter. Quod si diutius absit licet necessarium, causa approbari debet à Papa, vel à Metropolitanos; secus faciens fructus suos non facit & restituere tenetur ante condemnationem fabricæ Ecclesiæ, vel pauperibus illis loci.

7. Episcopo ultra annum sine approbatione absente tenetur à Metropolitanus Papæ referre; & si Metropolitanus absens sit, Episcopus suffraganeus antiquior, secus facientes ab ingressu Ecclesiæ interdicuntur.

8. Causæ justæ sunt & charitas christiana, necessitas urgens, obedientia, vel Ecclesiæ manifesta utilitas, vel consuetudo legitime præscripta.

9. Episcopus præscribit à alieni Episcopatus partem trium annorum spatio.

10. Episcopus, qui exemptorum causas judicat, peccat mortaliter.

11. Potest à juramentum relaxare, cum datur turpitudine ex parte creditoris.

12. Non potest à vota immittere in Ecclesiæ suæ præjudicium.

13. Potest à dispensare in votis simplicibus suorum subditorum, cum Papæ non sunt referenda. In his etiam si urgeat necessitas, nec fit facilis aditus ad Pontificem.

14. An possit Episcopus dispensare in votis pœnalibus religionis, aut castitatis, & aliis Papæ reservatis dubium est inter DD. Assertiva sententia videtur quod probabilior, etiam post pœnam incussam.

15. Potest in his, que non sunt integrè vota castitatis, & religionis, & in diffinitis, & in voto virginitatis, & cum Papa votum commutavit in materiam non reservatam.

16. Non potest à vota Papæ reservata dispensare cum emissis sunt in pœnam commissi delicti.

4 Sa verb.
Episcopus

Sanctus in sum. 4. n. 26, & in decret. Alexandri VII. 166. 7. 14. Sept. d. Comm. DD.

Comm. DD. Trid. sess. 23. can. 15. de reform. 2. ex verbis ipsius concilii vide.

4 ex Tridentino ubi supra d. Comm. DD.

10. placuit 16. q. 11.

m Comm. DD. m Comm. DD.

c. e. nisi cum priorem de renum. licet de regal. 7. D. Tho. 2. 2. q. 88. art. 15. ad 11.

q. Henrici de indulg. l. 7. c. 10. 7. Comm. DD.

7. Villal. 10. 1. tr. 10. 4. dist. 10.

17. An

§ Sanchez.
de matr. l.
8. disp. 10.
u. 6. privi-
legio Gre-
gorii XII.
post Tri-
dentinum

¶ Trid.
ses. 25. c. 14.

¶ Comm.
DD.
2. Vide
Trident.
ses. 7. c. 14.
¶ Comm.
DD.

¶ Trid. ses.
24. de re-
for. c. 7.

¶ Comm.
DD.

¶ Vide
Villal. to 2.
tr. 3. dis. 5.
¶ Comm.
DD.
¶ Vide
comp.
privi.

¶ Villal.
ubi sup.

¶ Vide E-
man. Ro.
dec. to. 1.
q. 6. art.
10.

17. An vota conditionalia sint Papæ reservata, & possit in eis Episcopus dispensare, dubium est inter DD. Dispensari posse ab Episcopo videtur probabilius, etiã adimpleta conditione.

18. Episcopus non potest Societatis religiosæ idoneæ, etiã si habeant solam primam tonsuram, prohibere ne concionentur in quavis mundi plaga.

19. Regularis non subditus Episcopo, qui intra claustra monasterii degit, & extra ea ita notorie deliquerit, ut populo scandalo sit, Episcopo instante à suo superiore intra tempus ab Episcopo prælegendum x puniatur, ac de punitione Episcopus certiorem faciat, sin minus, à suo superiore officio priuetur, & delinquens ab Episcopo puniri possit.

20. Episcopus y potest visitare religiosos, curatum beneficium habentes, non vero de moribus, & vita inquirere. z

21. In causis civilibus præcedum, & miserabilium personarum clericis secularibus, vel regularibus extra monasterium degentes quomodolibet exemptis, potest Episcopus compellere ad solvenda debita.

22. Ad Episcopi arbitrium manet suspensus regularis, qui sine ejus, vel Parochi licentia matrimonio adfuerit, vel conjuges benedixerit.

23. Potest regulares vocare & ad synodum; & ipso contradicente, nemo neque secularis neque regularis etiã in Ecclesiis suis ordinis potest concionari.

24. Potest ut desertores institui punire, quos sine licentia in scriptis suorum superiorum e extra claustra inveniret, & pro novitiis ingressu aliquid dantes vel accipientes censuris coecercere.

25. Potest d religioforum lites super præcedentis in publicis processionibus componere, & eos obligare, ut illis intersint in aliquibus.

26. Potest e regulares testamentarios in hoc munere delinquentes punire.

27. Non potest f prohibere suos subditos ne Missam audiant in Ecclesiis regularium.

28. Episcopus cum adest in Ecclesiis regularium debet procedere in loco g honorario etiã Generalem. Si autem regularis non dederit debitum honorem Episcopo, non ipse, sed superior regularis debet eum punire.

29. Potest Episcopus concionari in omnibus locis suæ diocesis etiã exemptis, & in regulariorum Ecclesiis. Alia autem Pontificia munera exercere non potest invitis Prælatibus ex privilegio Leonis X. concessio Camaldulensibus.

30. Non potest Episcopus compellere per censuras regulares in casibus, in quibus ipsi non sunt subiecti i.

31. Potest dispensare cum presbytero homicida voluntario, qui antea habebat beneficium curatum ut illud possit retinere in futurum, & cum canonicis ut possit interesse choro, & gaudere fructibus canonicatus.

Villal. to.
1. q. 10.
art. 1. n. 19

SECTIO II.

De his que in novo Innocentii X. decreto circa Episcopos, & regulares continentur.

Anno
1614.

1. **C**um Episcopus operatur secundum decreta concilii Tridentini, non possunt religiosi iudicem conservatorem creare.

2. Cum Episcopi religiosorum privilegia petunt, illis sunt exhibenda.

3. Cum privilegiorum verba obscura sunt & dubia, non Episcopus, sed summus Pontifex, ad quem est recurrendum ea explicare debet.

4. Constitutio Gregorii XV. quæ de iudicibus conservatoribus agit, etiã Societatis Religiosæ comprehendit.

5. Religiosi in litibus cum secularibus convenientes sunt coram Ordinario, nisi iudicem conservatorem nominaverint juxta Gregorii XV. constitutionem, & hoc intra tempus ab Ordinario designatum, Conservatores autem non tenentur fideiussorem dare.

6. In causis decimalibus possunt religiosi iudicem conservatorem creare, ut eos ab Episcopis protegat.

7. Religiosi in una diocesi ab Ordinario approbati, si transiant ad aliam ab Episcopo de novo debent approbari ut confessiones audiant.

8. Religiosos sine facultate Episcopi concionantes, & confessiones audientes potest Episcopus prohibere, excommunicare, & punire. Et in suis Ecclesiis sine Episcopi benedictione, & in alienis sine ejus facultate non possunt prædicare, neque in suis Ecclesiis contra illius voluntatem.

9. Episcopus potest præcipere religiosis ut sibi exhibeant facultatem audiendi confessiones, & concionandi, & etiã inconsulto Provinciali Episcopo obedire tenentur.

Etiã in
decret. A-
lexandri
VII. 1605.

10. Potest religiosum sibi detrahentem punire, si à Prælato non puniatur, qui debet Episcopum certiorum facere de facta punitione juxta Tridentinum c. 14. *ses. 25. de regul.* Si autem delinquens ad aliam diocesim migraverit, servanda constitutio Clementis VIII. quæ incipit: *Subcepti munitis ratio.*

11. Iudex conservator à religiosis electus antequam suâ jurisdictione utatur, suæ electionis authentica testimonia sub poena nullitatis actum tenetur exhibere.

12. Religiosi, qui in prædiis, vel officinis ordinis commorantur, non gaudent privilegio collegiorum.

13. Episcopus non potest inhibere censuris religiosos apothecas quarumcumque mercium, macella, & similia præsertim propè collegia & conventus exercentes.

14. Abque Episcopali licentia regulares in suis prædiis, officinis, aliisque suis domibus secularibus sitis intra limites Parochialium ad se non spectantium, non possunt admittitæ Sacramenta Baptismatis, solemnem matrimonii, Extremæ unctionis, & Eucharistiæ in festo Paschæ famulus, mercenarius, rusticus, sive alius id genus hominibus secularibus abque Ordinarij, vel Parochi licentia.

15. Nec possunt consecrare vasa sacra, altaria, & similia in quibus unctio requiritur.

16. Episcopi à Papa monentur ne omnibus regularibus unius monasterii, audiendi peccata facultatem adimere audeant.

17. Semel ab Episcopo approbatus idem Episcopus non potest audiendi confessiones adimere facultates, nisi nova sit causa.

18. Bullæ Pii V. tertia, & quarta, quæ sunt in tomo 2. bullarum, non profunt religiosis in loco, ubi sunt Parochi non religiosis.

19. Episcopus potest procedere adversus regulares, qui in verbis divini prædicatione inobedientes fuerint.

20. Episcopus pro libitu potest verbo, vel in scriptis licentiam concedere regularibus confessiones audiendi, vel prædicandi. Nec possunt regulares absolvere ab reservatis Episcopo, nisi obtenta ad id Episcopi facultate.

21. Vbi non sunt iudices synodales non tenetur societas ex illis eligere Conservatores, dummodo in cæteris Gregorij XV. constitutio servetur.

22. Conservatores possunt Ordinarium compellere censuris, & aliis Ecclesiasticis poenis.

SECTIO,

SECTIO III.

DE EPISCOPO REGULARI

1. Non a potest acceptare Episcopatum sine facultate Generalis; hâc autem illam tenetur concedere, & potest subditum ad acceptandum obligare secundum probabiliorem.

2. Nemo ex religiosis mendicantibus potest Episcopatum admittitæ, ad quem cum eligentium discordia electus est.

3. Ante consecrationem a tenentur omnia bona, quæ habebant, Ordini renuntiare.

4. Non emanet absolutus à tribus votis essentialibus; nihilominus contraria sententia non est improbabilis, & descenditur ab aliquibus DD.

5. Quantum attinet ad obedientiæ votum non transfert illud ad Papam; quia nullum facit speciale votum ei obediendi; habet autem substantiam voti materiam, ut Ordinarij Generalis.

6. In quantum ad paupertatem, omnia quæ acquirit, proprie acquirit Ecclesiæ; bonorum autem usum, & administrationem ita amplam habet hâc cæteri Episcopi; nec desunt, qui ei aliquid concedant dominium.

7. An autem possit testamentum condere alij ajunt, alij negant; negativa sententia videtur probabilior; sed qui eum dicunt à votis absolutum, consequenter ei dant dominium bonorum acquiritorum post Episcopatum, & facultatem testandi de illis.

8. Episcopo religioso debetur hâc hereditas suorum parentum, si post Episcopatum & consecrationem decesserint; si filius siante, & divisa sit hereditas inter fratres.

9. Ex decentia, non tamen ex præcepto tenetur observare regulare habitum, in quantum comparatur cum Episcopali dignitate.

10. Ut tenetur habitu religioso, quem si deserat, sunt DD. qui afferant peccare mortaliter, alij apostatam fieri; hoc autem videtur nimis rigorosum.

11. Rationi consensum est, si commodè potest, quod habeat socium sui Ordinis; sed non peccat, si non habeat.

ac. Greg. de elec. in 6.

Greg. XIV. in consil. quæ incipit A. postolice.

ac. quorum dam de elec. in 6.

4. Vide VIII. co. 1. et. 15. dist. 40.

co. de monachis 16. q. 1.

f. Medina lib. 6. c. 26. de facer. homi. g. Vide VIII. ubi supra.

h. Molina de just. co. 1. et. 2.

d. sup. 140. i. Covar. in c. 1. de testam. n.

18. l. c. statutum q. 1.

co. Comm. DD. ex cetero monialia Clem.

VIII. co. Quiddam timore de statu Monach.

12. Tenetur p conformari cum sua Ecclesia in recitanda officio divyno, nisi habeat dispensationem.

13. In opinione eorum, qui dicunt votis obligatum manere, q gaudet omnibus privilegiis, & indulgentiis religionum. In contraria autem sententia contrarium consequenter tenendum est.

14. Episcopus vel electus tantum, vel confirmatus simul, vel jam consecratus. Cum confirmatur, hereditas a patria potestate, & ab obedientia, sed non est hereditatis capax, si erat religiosus nisi post consecrationem.

15. Post confirmationem q vacat officium Prioris, Provincialium vel Generalium, quod habebat secundum probabiliterem, si acceptaverit.

16. De Cardinalibus idem dicendum q quod de Episcopis, excepto quod non habent potestatem ordinis.

17. Si fiat Papa, ab omni m manet obligatione immunis, & cum potestate plenitudine mox ac eligitur.

18. Cum renunciat Episcopatus, non tenetur redire ad religionem, nec subditur illius Prelato. Contrarium tamen defendunt viri docti; sed prima sententia x videtur probabilior. Si tamen de facto redeat, non potest fieri Prelatus.

19. Episcopus titularis, & qui renuntiavit Episcopatus religioni acquirat, dubium y est inter DD. Negativa sententia videtur probabilior.

20. Episcopus debet x examinare ordinandum ex aliena diocesi, etiam si in propria a suo fuerit examinatus.

21. Non satisficit precepto annue confessionis, qui confitetur Episcopo regulari presentato; sed ab eo injulle reprobat. *aa*

SECTIO IV.

Varia de Episcopia.

1. Episcopus, vel qui ejus loco visitat excepta procuratorie, quam jus concedit, nihil amplius recipere m possunt, nec propter fontis, vel Eucharistice visitationem, & quae receperint restituere tenentur.

2. Quarta pars debetur b Episcopis non solum de funerariis, sed etiam de ceteris obventionibus. Unde consequens est posse Episcopum Parochos censuris obligare ut declarent quan-

60. de his c. antiquos 10, q. 1.

quantum eis sua beneficia valeant, quia utitur armis suis ut se a jura defendat. Nec ab hoc se Parochi possunt excusare facientes, quod Missae & oblationes sibi dentur intuitu performae, quia dolus, & fraus nemini debent patrocinari. *L. ita quo falso ff. de furis, c. sedes de scriptis.*

3. Episcopus, qui clericum levi fundamento accusatum ad causam ex amandam bona fide, & correctionis amore accessit, sumptus itineris, & alia damna secuta restituere non tenetur, quia qui bona fide facit, non tenetur ad damna inde secuta.

4. Cum non patet aditus ad S. Pontificem, & urget necessitas, m potest Episcopus facere omne id quod a biurio boni viri faceret Papa si praesens esset.

5. Episcopus q potest dare facultatem sacerdoti sive regulari sive seculari absolvendi novitios a reservatis, etiam si novitius, & confessarius sint Societatis Iesv, & a superiore prohibeantur.

6. Episcopatus appeti potest ob Ecclesiae necessitatem, vel utilitatem; appetere autem ob honorem, vel divitias sunt, qui excusent q a peccato mortali.

7. Episcopatus renuntiare h tenetur, qui ad eum non est idoneus.

8. Cum respondet se scire utrumque testamentum, intelligitur i quantum sufficit ad firmum munus regie obendum.

9. Ad Episcopatum requiruntur l triginta anni completi.

10. In ejus confirmatione m vacant, quae habet beneficia; sed possunt ei relinquere, si sit pauper.

11. Contra Episcopatum non proceditur m etiam in haeresi, nisi de Papae mandato.

12. Peccat o mortaliter, si non studeat a se repellere injuriam infamiam, nisi velit Episcopatum renuntiare.

13. Cum visitat, habebit a populo victum diem, quae visitat; si autem dicecesim discurrat solum propter chresima, faciet p suis expensis.

14. Potest q duas Ecclesias unire, & unitas dividere, & unam alteri subicere; de consensu tamen habentium in eis aliquod jus, & commutare Ecclesias, earumque possessiones, & jus unius Ecclesiae alteri ex causa dare. Potest & unire unum beneficium alteri non requisito consensu beneficiarii, dummodo non privetur fructibus dum vivit, & fiat ex consensu patroni.

P. Menacho in manu scripta.

P. Menacho in manu scripta.

4 Sa verb. reline.

Idem P. Menacho.

ff. Palliar. in suo manuali.

g Sa hoc verb.

h idem ubi sup.

i Silveit. verb. Episcopus.

nu. 13.

i c. cum ex cunctis de elect.

m Comm. DD.

n Comm. DD.

o Sa hoc verb. n. 13.

p Vide eundem ubi sup.

q Silveit. verb. Episcopus nu.

9. dub. 7.

f. Dian. p.
12. ref. &
alii viri
docti a
pud cum-
p. Gran-
3. p. con-
9. dub. 4.

15. In aliena diocesi potest exercere ea quae non sunt jurisdictionis contentiosa, ut dispensare.
16. An valide possit consecrari ab uno Episcopo sine litteris Pontificis, & dispensatione, alii a jure, alii probabiliter negant, etiam si expediat sine litteris, nisi praesentes sint; & quod alicuius saltem fiat in affirmativa opinione propter innumeram animarum discrimina quae inde sequerentur, nemo negabit, & sic consecratus r tenetur consecrationem iterare propter innumera mala, quae si non iteretur, sequentur.

SECTIO V.

Quae possit facere Episcopus, vel non.

a Vide
Silvest.
verb. Episc.
num. 9.
b Trid. ses.
24. c. 17.
de refort.

e Vide
Navar.
consil. p.
de off
jud. ordin
d Vide
c. 7. de
cenfib.
e Vide
c. 3. de
temp. or-
dinaud
f c. fi. de
privi. lib.
6.
g Sa hoc
verb.
h Tolet.
lib 1. c. 41.
i Sa ubi
sup. a. 18.

1. Potest instituire, & regere ministros Ecclesiae, vel oratoriis sua auctoritate, vel antecessoris sui creditum, & datorum, etiam contra voluntatem patroni.
2. Potest b dispensare ad beneficia simplicia, quando unum ad sustentationem non sufficit, & praecipere clerico, ut Romam aeat pro causa Ecclesiae, & Parocho ne sine sua licentia abiat ultra duos dies.
3. Et procedere c adversus quemcumque ob peccatum mortale, nisi esset jure promissum ut metricum; subduntur enim ei etiam laici, quoad spectantia ad animum, & potest d eos colligere a peccatis etiam per poenam pecuniariam, vel exilium.
4. Et in necessitate exigere a clero moderatum subdium.
5. Et dare e dimissiones ad ordines etiam si sit solum Episcopus originis vel beneficii. Et imponere beneficium pensionem ad alendum clericum pauperem.
6. Et dicere f Missam in quavis parte suae diocesis, & uti altari portatili, & hanc facultatem cuilibet concedere.
7. Et committi sibi a Papa etiam per verba oneramus conscientiam tuam, aliis g committere.
8. Et absolvere h ab excommunicatione reservata a Papa, occula tamen dummodo non sit ex consentis in Bulla canonica.
9. Et dispensare i in omni inhabilitate ad beneficium nisi

nisi Papa id sibi reserret specialiter.
10. Et absolvere l exemptos, & cum eis dispensare, si eorum Praelati eos illi subiciant.
11. Et cogere m sub excommunicatione ad manifestanda testamenta, & ut impleantur curare.
12. Et dare n confessores moralibus etiam sibi non subiectis ex alia religione, vel saecularibus.
13. Non potest o ingredi religionem nisi de Papae licentia, nec dare licentiam beneficiario non residendi sine causa legitima.
14. Nec abesse p sine causa iusta a divinis officiis diebus festis saltem Dominicis.
15. Nec prohibere, q quin habeatur concio in parochiis cum habeatur in Cathedrali.
16. Papa est summus Episcopus, quare Episcopus electus in Papam non r consecratur.
17. Tenetur s extra necessitatem extremam in multis aliis vitam pro grege periculis exponere, & grassante peste idoneos ministros magnis etiam expensis quaerere.
18. Dispensare t potest in impedimento dirimente occulto, quando celebratum est matrimonium, & non possunt separari sine scandalo & ad Papam aditus est difficilis.
19. Episcopus etiam confirmatus, & secundum aliquos consecratus, dummodo possessionem Ecclesiae non dum habeat, ingredi non potest u religionem sine licentia Papae.
20. Episcopus qui confirmationem suam non acceptavit, nondum habet x administrationem suae Ecclesiae.
21. Episcopo debetur quarta canonica a die confirmationis ejus, sed de ea libere non potest disponere nisi ut de decimilibus bonis.
22. Episcopus y potest in aliquibus causis sine adjuncto summariam facere contra Canonicos & praebendatos, & procedere ad incarcerationem sine adjunctis.
23. Potest clericos, & etiam laicos communi nutriendis excommunicare, & aliis penis, nisi edictis suis paruerint, afficere.

/idem ubi
sup.

m c. si ha-
redes de
testam.
n Comm.
DD.
o c. nisi
cum pri-
dem de
remun.
p Comm.
DD.
q Ex Cong-
Cons.
r Sa hoc
verb.
/idem ubi
sup.

s Sanch.
lib. 2. c. 40
au. 3.

u Vide e.
inter cor-
poralia de
translat.
Episcop.
x Comm.
DD.

y Trid. c. 9
ses. 15.

z Villa.
to. 1. 3. 10.
art. 6.

Equitas vide verb. Milium.

DISP.

DISPUT. V. SECT. I.

EUCCHARISTIA.

Eucharistia quid sit, & de materia illius.

- E**Se a Sacramentum continens sub specie panis, & vini vel alterius eorum corpus, & sanguinem Christi.
2. Concilium Tridentinum sub anathemate definiit circa Eucharistiam hæc b sequentia: 1. Verum corpus, & sanguinem Christi contineri realiter in hoc Sacramento. 2. Nihil substantiæ panis, vel vini remanere post consecrationem. 3. Sub qualibet specie, & sub qualibet parte separata contineri totum corpus, & sanguinem Christi. 4. Esse idem corpus, & sanguinem Christi in hoc sacramento non solum dum sumitur, sed etiam ante, & in hostiis quæ reservantur post communionem. 5. Remissionem peccatorum esse fructum ejus. 6. Esse adorandum latrâ. 7. Esse celebrandum peculiare festum illius, deferendumque in processionibus, & proponendum populo, ut eum adoret. 8. Sumi totum Christum realiter in communionem. 9. Adultos teneri communicare saltem semel in anno. 10. Qui celebrat posse seipsum communicare. 11. Non sufficere solam fidem ad bene communicandum.
3. Intirritum e fuit à Christo Domino in ultima cœna, & antecedit cœtera.
4. Nec consecratio, nec sumptio, nec solum corpus Christi a sunt Sacramentum; sed corpus Christi contentum sub speciebus.
5. Est e unum, & non plura Sacramenta; unitas autem numerica sumitur ex corpore Christi.
6. Sacerdos, qui simul multas formas consecrat, unum tantum offert f sacrificium.
7. Panis g triticeus est hujus Sacramenti materia, & in quolibet tritico, dummodo verum sit triticum, potest consecrari.
8. In massa triticea non h potest Amidon, i centeno, & pã

a Navar. c. 12.

Trid. sess. 23.

Trid. sess. 7.

Suar. c. 3, disp. 47, sec. 1.

Trid. ubi supra.

Comm. DD.

Trident. sess. 13, c. 21, & 22.

Comm. DD.

Vide Vil. lal. co. 1, tr.

7, disp. 3.

his mixtus cum aqua rosacea est materia dubia, in qua non licet consecrare. Idem dicendum de pane mixto cum butyro, vel oleo &c.

9. Si triticum fuerit mixtum aliis granis, dummodo major pars sit triticum, & erit apta sacramenti materia. Si autem mixtio fiat per partes æquales inepta erit.

10. Qui consecrat in pane triticeo, vel azymo, vel fermentato conficit m verum sacramentum. Sacerdos autem debet in hoc sequi morem n lux Ecclesiæ.

11. Consuetudo Ecclesiæ Latinæ est consecrare in azymo, & est magis consona rationi, quàm Græcæ.

12. Peregrinus, qui post breve tempus rediturus est ad propriam Ecclesiã p, potest, sed non tenetur conformari Ecclesiæ, in qua est.

13. Si inter Latinos esset Ecclesiã Græcorum, vel inter Græcos Ecclesiã Latinorum quilibet q teneretur sãe Ecclesiã ritum sequi.

14. Latino nunquam r licet in Ecclesiã Latinã panem uti fermentato ad consecrationem.

Comm. DD.

in Concilio Florent. in decret.

Eugenii. h Suarez to. 3, disp. 04, sess. 7, o Ad Cho-

rry 11.

h Suarez. co. 1, disp. 413

q idem ubi supra

r idem ubi supra

SECTIO II.

An vinum aqua mixtum sit materia hujus sacramenti.

I. Solum a vinum vitis est hujus sacramenti materia; unde nec agnape, ut vulgo vocatur; nec uva; nec acetum sunt sufficientes materia. Multum autem licet sit sufficiens, non est conveniens, b & peccaret graviter, qui in eo consecraret.

2. Vinum congelatum num sit sufficiens materia, dubium est inter DD, & licet probabiliter e sit esse sufficientem, non licet in eo consecrare propter dubium.

3. Ante consecrationem parum aquæ infundendum est in vino ex d præcepto Ecclesiæ ad mortale obligante,

4. Et hoc non est de necessitate sacramenti, & potest in ea Papa dispensare, & e nullus alius.

5. Aqua debet esse f modicissima, sed in immodica cecidit, addatur vinum, ut in illud facilius convertatur, & possit converteri in vinum in sanguinem Christi converti. Si enim in vi-

Concil. Florent. in decret. Reg.

Comm. DD.

Suar. to. 3, disp. 47, sec. 2.

Trid. sess. 21, c. 7.

Suar. to. 3, disp. 49

to. 24

Concil. Florent. in decret. Eugenii.

num non fuerit prius conversa non fiet sanguis Christi. Quod si post consecrationem convertatur in vinum, erit idem ac si gutta vini caderet in sanguinem Christi.

SECTIO III.

An requiratur quantitas determinata ad materiam huius sacramenti.

- 1 **I**ntentio ministri debet esse circa determinatam materiam, secus enim nil a facit.
- a* Comm. DD. 2. Ad consecrandam Eucharistiam materiam debet eam sacerdos *b* presentem habere, sufficit tamen moralis presentia. Si forma sint in pyxide ea intentione imposita super aram, & si cooperta sit, & postea celebrans obliviscatur aeternalem ad eas referre intentionem, consecratus manent; Hostia verò posita ad scapulas, vel extra aram, non potest *c* consecrari. Si manibus habens duplicem hostiam unam esse existimat, utramque consecrabit, quia intentio eius est materiam omnem illam, quam in manibus habet, consecrare.
- a* Suar. to. 3, disp. 41, sec. 5.
3. Sacerdos *c*æcus potest consecrare; sed ei non licet *d* nisi à Papa dispensationem habeat.
- d* Comm. DD. 4. Materia huius sacramenti ratione quantitatis non est determinata. Si tamen ita magna esset, ut non posset esse presens, non posset consecrari; Vel è contra si ita parva esset, ut sensibus percipi non posset, non posset consecrari.
- e* Comm. DD. 5. In quavis particula quantumvis minima, in qua consecratur panis substantia *g* conservatur etiam corpus Christi, cum hostia consecrata frangitur.
- g* Trid. sess. 13, can. 3, & Suar. ubi sup. disp. 47, sec. 3. 6. De iure divino *b* est quod sacerdos consecret simul panem, & vinum, & nunquam ei licet ex intentione unam speciem sine altera consecrare.
7. Si tamen contingat quod consecrata una, alia pereat, nec facile possit invenire, vel imminet periculum vite, vel ex terræ motu, vel ex hostium incurfu, vel ex simili casu, excusabitur *a* peccato unam tantum speciem consecrans.
- i* Comm. DD. 8. An possit Papa dispensare, ut consecratur solum panis sine vino in terra, ubi vinum non invenitur, alii ajunt,

ajunt, alii *l* negant; utrumque est probabile, & de facto dispensasse Innocentium III. cum Saxonio refert Volateranus.

l Suar. to. 3, disp. 47, sec. 4.

SECTIO IV.

De forma sacramenti Eucharistia.

- 1 **V**erba sunt *a* forma consecrationis, non verò sacramenti in esse permanentis.
2. Forma consecrationis corporis est: *Hoc est corpus meum*. Reliqua verba, *Qui pridie quam pateretur*, & cetera, non sunt de essentia. Illa autem omittens, graviter peccaret. Idem die de adverbio *enim*, quod dicitur per Apollolicam traditionem.
3. Verba debent sumi recitative, & significative simul. Unde non consecraret, *d* qui diceret: *Hoc est corpus Christi*: quia recitative loquendo saltem diceret.
- a* Suar. to. 3, disp. 48, sec. 2. *b* Trid. sess. 11, c. 1. *c* cum Mach. de celebr. Mill. *d* Suar. to. 3, disp. 18, sec. 4.

SECTIO V.

De forma consecrationis calicis, quæ sit.

- 1 **S**unt qui afferant omnia verba, quibus Ecclesia utitur in consecratione calicis usque ad illa, *in remissionem peccatorum*, esse de essentia. Hæc sententia fuit antiquiorum, nunc communiter non *a* recipitur à modernis.
2. Probabilius videtur *b* formam esse hæc sola verba: *Hic est calix sanguinis mei*, vel *hic est sanguis meus*, vel arquipollentia. Reliqua autem, quibus utitur Ecclesia omittens, grave peccatum esset.
3. Qui habet intentionem consecrandi cum omnibus, consecrat, qui autem cum solis primis perverse ageret.
4. Pronomina *hic*, & *hoc* non significant *d* substantiam panis, nec vini, sed contentum sub speciebus has.
- a* Suar. to. 3, disp. 63, sec. 1. *b* Idem ubi sup. *c* Comm. DD. *d* Suar. to. 4, disp. 18, sec. 7.

Substantiæ panis, & vini in hoc Sacramento non annihilantur, quia convertuntur in corpus, & sanguinem Christi. Conversio hæc fit in instanti, statim ac proposito incipit esse vera.

SECTIO VI.

De modo quo Christus est in hoc Sacramento.

- ^d Comm. DD. 1. **A**lia sunt in hoc Sacramento ex vi verborum, alia per concomitantiam. Ex vi verborum est solum illud, quod necessarium est ad verborum verificationem; & quod conjunctum realiter ei dicitur esse per concomitantiam.
2. In rebus, quæ adæquatè unita sunt, ubi una est, debet esse & alia.
- ^b Comm. DD. 3. Sub speciebus Sacramentalibus continetur totus Christus, ex vi autem *e* verborum sub panis speciebus solum est corpus Christi, reliqua ei adjuncta per concomitantiam. Similiter sub speciebus vini ex vi verborum tantum est sanguis Christi.
- ^d Suar. to. 1. disp. 13, sec. 1. 4. **Q**uantitas Christi *d* est in hoc Sacramento cum modis quantitatis, & accidentibus absolutis, quæ in ea subijciuntur.
- ^e Comm. DD. 5. **P**resentia localis, quam habet Christus in cælo, & quod ab ea pendet, non *e* est in hoc Sacramento.
- ^f D. Tho. 3. p. q. 76, art. 6. 6. **C**orpus Christi non potest hic moveri *f* nisi solum per accidens ad motum specierum Sacramentalium.
- ^g Comm. DD. 7. **C**orpus Christi non potest *g* hic agere, nec pati, nec intelligere nisi per concomitantiam mediatam; quia non habet extensionem necessariam ad has operationes.
- ^k Comm. DD. 8. **N**ec potest *h* videri oculis corporis, nisi de potentia absoluta; nec seipsum videt.

SECTIO VII.

An Pater, & Spiritus sanctus sint in Sacramento Eucharistiæ?

1. **P**ater *a* est in Filio, & Filius in Spiritu sancto per circum-^a ^{Mag. in} ^{1, dist. 19.} ^b ^{Comm.} ^{DD.} ^c ^{Mag. in} ^{1, dist. 19.} ^d ^{Comm.} ^{DD.}
2. Non solum per immensitatem essentia, sed per identitatem naturæ implicat, *b* quod una persona sit sine aliis.
3. Pater, & Spiritus sanctus sunt in hoc Sacramento per concomitantiam mediatam.

SECTIO VIII.

An Corpus Christi sit in Sacramento Eucharistiæ cum apparet in eo puer, vel aliud simile.

1. **D**um permanent species Sacramentales *a* veluti si panis substantia esset, & quando mutatio est tantum in concomitantium oculis, & in solo colore, permanet ibi corpus Christi. ^a ^{Suar. to.} ^{3, disp. 1,} ^{sec. 6.} ^b ^{Trid. ses.} ^{23, c. 3.} ^c ^{Suar. to.} ^{3, disp. 15,} ^{sec. 4.} ^d ^{Idem} ^{to. 3, disp.} ^{55,} ^{sec. 4.}
2. Quando verò apparet in forma *b* pueri, vel carnis, & ab omnibus sic videtur, nec species visu vel tactu, nec alio sensu percipiuntur; *c* probabilius videtur non esse ibi Corpus Christi. Id tamen quod sic apparet non est consumendum *a* celebrante, seu reservandum, nec opus est ut alia confectur hostia ad communicandum.

SECTIO IX.

*Antiquor aliquis possit misceri cum speciebus
vini in Sacramento Eucharistia.*

a Aristot.
2. de ge-
nerat.
tex. 48.
b Comm.
Philos.
top.
c Comm.
DD.

d Innoc.
III. in eccl.
Marthe
de celebr.
Mist. pa-
rag. qua-
situm.
e Comm.
DD.

Licet
nonnulli
philoso-
phi sen-
tiant con-
trarium.

1. **M**ixtio est a miscibilem alteratorum unio.
2. Cum res ejusdem speciei uniantur inter se b, non miscentur.
3. Cum adjungitur species liquor aliquis, qui eas conrumpit, definit e ibi esse Christus; idem est cum sit perfecta mixtio.
4. Si in speciebus vini consecratis multum aliud vinum infundatur, manet a corpus Christi, & vinum circumfusum cum speciebus.
5. Si in specie consecratis infundatur gutta aquæ e, convertetur in vinum, & erit quasi, si gutta vini infunderetur.

SECTIO X.

*De effectibus huius Sacramenti; &
qua dispositio requiratur ad
illos?*

a Concil.
Later. re.
ter. in c.
firmiter
de sum.
vria. &
fid. Cath.
b Trid. sess.
13. c. 2.
c Suar. to.
5. disp. 63.
sec. 1.
d D. Tho.
4. p. q. 79.
art. 4.

1. **E**ffectus proprius huius Sacramenti a est perfectio unitatis, quam habent, qui sunt in gratia cum capite suo Christo, & confortatio in vita spirituali.
2. Sacerdos, qui dignè celebrat multis annis magnum insensibiliter gratiæ thesaurum b acquirit.
3. Hoc sacramentum dat e gratiam cum recipitur, licet postea ex opere operantis augeat illam.
4. Juvat multum ad perseverandum in gratia, & per illud datur a remissio peccatorum venialium, & panna etiam secundum dispositionem recipientis remittitur.
5. An ad effectum huius sacramenti attritio supernaturalis suffi-

sufficiat habita pro contritione, vel opus sit esse in gratia ad recipiendam gratiam alii ajunt, alii negant. Affirmativa e videtur magis pia & probabilior.

6. Qui habet conscientiam peccati mortalis, ftenetur antequam accedat confiteri. Peccatum verò veniale non impedit effectum, nec est necessaria actualis dispositio, est tamen valde conveniens ad majus gratiæ augmentum.

7. Qui in eadem Missa successivè recipit plures hostias, non g recipit majorem gratiam ex opere operato, quam si unum tantum reciperet. Nec qui recipit b simul hostiam & calicem, quam qui solam hostiam.

8. Si sacerdos obicem, quem posuit in hostiæ sumptione, absulit ante sumptionem calicis per contritionem, e recipit gratiam in ea.

9. An fortius suum effectum ablata fictione alii ajunt, alii negant; Iutraque sententia probabilis, affirmativa divina pietati conformior.

10. Non causat qualitatem spiritualem in recipiente, inquit m autem fomitem & concupiscentiam augendo charitatem.

11. Inter corpus Christi, & recipientem est quædam a realis unio, propter quam specialem curam illius habet.

SECTIO XI.

*An sit hoc sacramentum medium necessarium
ad beatitudinem consequendam,
& de usu illius.*

1. **N**ec in a re, neque in voto b receptum necessarium ad salutem.
2. Esse autem necessarium saltem in voto c descendunt alii qui DD. Sed minus probabiliter. Est autem necessarium necessitate præcepti.
3. Quatuor modis d potest recipi vel tantum realiter, ut à bruto; vel tantum sacramentaliter, ut à peccatore; vel tantum spiritualiter, ut solo desiderio; vel sacramentaliter, & per totum spiritualiter simul, ut à iustis cum gratiæ effectu.
4. Peccat e mortaliter, qui illud recipit in statu peccati mortalis, 13. c. 7.

d Aug. &
D. Thom.
f Trid. sess.
13. c. 7.

g Comm.
DD.

h Suar. ubi
supra feco.
i, & favet
Trid. sess.
13. c. 7.

i Comm.
DD.

j Vide D.
Thom. in
4. q. 1. ad
3.

m Pius V.
In Catech.
P. Suar.
to. 1. disp.
4. sect. 35.

n Pius V.
In Catech.
P. Suar.
to. 1. disp.
4. sect. 35.